

prout persona, ubi impossibile est, ut quilibet non succumbat.
 Age ergo, suadeat intensor et dissuadeat actor. Ecce stat Formosus
 praesto: dicit ^{a)} inimulato: Hic Formosus episcopus fuit excommu-
 nicatus. Actor: fuit quidem, sed absolutus. Inimulato ^q: minime; Actor;
 absolutus; Inimulato; non quidem, possibile fuit; A. si possibile fuit
 iuste ligari, possibile est et iuste absolvi. I. Non igitur absolutus fuit,
 quia scripto et iuramento firmaverat. A. licet malefacta benefactis
 delere. tamen iste prius excommunicatus postea est absolutus;
I. quo pacto scis eum absolutum? A. Eo scilicet, quo tu excom-
 municatum. auditu enim tam verum quam falsum aurium;
 ecce enim praesto sunt episcopi, quorum praesentia absolutus est.
I. Excommunicatus, non absolutus fuit, inquam. A. Unde fuit
 excommunicatus? Et quia ex ^{pro}positio sequestrationem significat,
communicare vero potestatem est; ambiguum sonat, unde excom-
 municatum afferas, praesertim cum sex modi sine divisionis.
 unus autem generis. in species. totum in partibus. vocem in
 propriis significationibus. subiectum in accidentibus. accidentia in
 subiecto. accidentia in accidentibus. hac voce. res omnis ambi-
 guum. et amphibolice illustrat. Unde quia vitium in loquendo fe-
 cisti, supple, quod minus dixisti. I. Dico inquit istum For-
 mosum excommunicatum, id est, extra communionem episcoporum,
 ordinis repulsum. A. Maius est, a collegio Christianorum
 recludere, quam ab officio episcoporum cessare. Est tamen ab
 eo, quod maius est, ad pristinam venitur veniam. si enim
 quod gravius est, et multo maius reformari potest: id quod
 minus est, multo facilius recuperari potuit; et quia potuit,
 procul dubio fuit. Absolutus igitur fuit; I. Ecce veritas nu-

a) dicitur

f. 114